

Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies decimus et undecimus continentur

Bolland, Johannes

Parisiis et Romæ, 1868

Prætermissi Et In Alios Dies Relati

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71246](#)

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES RELATI

Bituricis translatio sanctæ Faustæ, cuius corpus in monasterio de Prate repositum quiescit. Ita hodie in Martyrologii sui Gallicani Supplemento Saussayus, et ex hoc in Gynæco sacro Arturus; nos autem tom. i Januarii inter addenda pag. 1090 et binis segg. de sancta illa Virgine M. duplique ejus translatione jam egimus ad diem, quo natalis ejusdem in aliquo Martyrologiis reperitur, iv Januarii.

S. Emilianus confessor Redonis civitate seu apud Rhedones a Belino hodie annunciat, ex hoc deinde etiam ibidem in variis aliis Hagiologiis ac in ipsomet Martyrologio Romano hodierno memoratus. Verum in hoc, a se illustrato, nullum modo Rhedonibus, que episcopalis sub archiepiscopo Turenensi in Armorica seu Britannia Minori civitas est, Emilianus extare memoriam, Augustinus Lubin pag. 84 affirmat. Nec abs hoc scriptore dissentire videtur Castellanus. Rhedonibus enim Rotonem seu Rotonom, quæ diœcesis Venetensis in eadem Britannia Minori ad Viceniam seu Visnoniam fluxum abbatia et civitas est, in Martyrologio suo universalis, adscripta ad marginem Notula, substituit. Ast Sanctus, qui in illa seu civitate seu abbatia floruerit cultusve umquam fuerit, sub Emiliano nomine non magis ibidem, quam Rhedonibus notus videtur. Certe apud Albertum Le Grand et Alexium Lobineau, quorum prior anno 1659, posterior anno 1725 Sanctorum Britannia Minoris Vitæ vulgavit, nullus hoscce inter nomine Emilianus occurrit. Adhuc Mabillonius Sæc. iv Benedict., part. 2 a pag. 193 libros tres, e Rotonensi annorum amplius 700 codice Ms. de promptos Concionisque ac aliorum sanctitatem illustrum Rotensem monachorum gesta complectentes, suppeditat; elsi autem seculo ix ad quod Emilianum, e Martyrologio Romano hodierno a sese memoratum, Castellanus resert, isti omnes Rotonenses Sancti floruerint, eos inter tamen nullus etiam nomine Emilianus inventur. Verum, inquies, quis ergo Emilianus, qui Rotone a Castellano Rhedonibusque in Romano hodierno et aliis aliquot hagiologiis hodie signatur? Is unus idemque mihi videtur cum S. Melanio Rhedonensi ep. conf., qui, quamvis primitus hoc nomine distincus, postea tamen Emilianus a nonnullis, ratione nescio qua seu adductus seu hallucinatis, fuerit vocatus. Ea sedet sententia, quod hoc ipso die, quo in Mr. Romano hodierno aliisque aliquot Fastis sacris S. Emilianus conf. Redonis notatur, in Florario nostro Ms., Usuardinis nonnullis apud Sollerium Auctariis, itemque in Rothomagensi, quod anno 1670 Rothomagi typis prodit, Martyrologio S. Melanius conf. Redonis etiam annuntietur quodque præler S. Melanium, Redonensem ep. conf., Sanctus aliud, qui vel Melanius vel Emilianus nuncupatus fuerit, Redonis aut Rotone floruisse cultusve

umquam fuisse haud noscatur. Perperam quidem in Florario nostro Ms. Usuardinis que aliquot Auctariis Melanii seu Melani nomen hodie notari hujusque loco legendum Emilianum, Sollerius contendit, eo verosimilime impulsus, quod in iisdem Usuardinis Auctariis Florarioque nostro, in quibus S. Melanius conf. Redonis hodie signatur, ibidem etiam ad vi Januarii diem S. Melanius ep. Redonensis conf., S. Emiliiani conf. nomine, quod in Romano hodierno hodie legitur, ubique omisso, annuntietur; verum quid nō factum esse queat, ut S. Melanius Rhedonensis ep. conf., qui ad vi Januarii diem, ei, ut nonnulli volunt, emortualem, in Florario nostro Ms. pluribusque Usuardinis Auctariis celebratur, hodie etiam in iisdem, quod tum forte (Bollandum ad dictum Januarii diem E in suo de sancto isto Rhedonensi ep. Proleg. num. 5 vides) reliquiarum ejus translatio quæpam fuerit peracta, memoretur? Idem Sanctus duodecimaetiam Novembribus simulque tamen aliis adhuc diebus a nonnullis celebratur, ut ipsem ad diem illum in Usardo a se illustrato Sollerius fatetur. At vero, inquies, si cum S. Melanio Rhedonensi ep., quem ad sec. vi eruditio omnes referunt, unus idemque sit Emilianus, in Martyrologio Romano aliisque fastis sacris apud Rhedones hodie signatus, ut quid hunc Rotone seu in Rotonensi abbatis annuntiat et sec. ix illigat Castellanus? Ad abbatiam illam, statim atque fuerat exstructa, fuere aliquot S. Melanius Rhedonensis ep. reliquiae, ut Lobineau supra laudatus in sanctorum minoris Britanniae Vitis pag. 182 docet, translatæ, fueritque verosimiliter idcirco Sanctus ille ibidem cultu aliquando garitus; cum hæc autem e documento forsitan, in quo Emilianus, non autem Melanius, legebatur, Castellanus didicisset, simulque abbatiam illam sec. ix demum fuisse exstructam, haberet perspectum, hinc forte Emilianum, quem memorat, et Rotone signarat et ad sec. ix retulerit. Ut sit, S. Emilianus conf., Romano hodierno hodie inscriptus, in solis hujus editionibus anno 1584 posterioribus sub nomine illo reperitur, sive a S. Melanio Rhedonensi ep. sit diversus, tam parum nobis est notus, ut ei, nisi notior evaserit, in Opero nostro locum dare haud possimus; quod si autem, ut supra allegata exigere videntur, unus idemque cum S. Melanio sit, illatus in illud jam est ad diem, quo hic pluribus, ut jam dictum, Usuardinis Auctariis, imo et ipsimet Usardo et Martyrologio Romano hodierno inseritur, vi Januarii.

S. Atticus Patriarcha Constantinopolitanus, in aliquot Fastis sacris ad diem præcedentem, ut ibidem in Prætermissis monui, signatus, hodie iterum in Ms. Sirmundi Synaxario, quatuor aliis Constantinopolitanis itidem, quos infra memorabimus, patriarchis adjunctis, recurrat; verum de eo actum

- A actum apud nos jam est ad diem, quo Magis Græcorum Menæis excusis exstat insertus, VIII Januarii.
- S. Hadelini confessoris translatio hodie in Flavario nostro Ms., a Ferrario in generali Sanctorum, qui in Martyrologio Romano non sunt, catalogo et a Saussayo in Mrl. Gallicani Supplemento memoratur; verum de Sancto illo ejusque, non ex Hannonia, ut Ferrarius prodit, sedex Arduenna Visetum translatione, anno MCCCCXXVIII facta, actum apud nos jam est ad diem, ubi et multiplicem Ferrarii errorem correctum invenies, II Februarii.
- S. Lomani et Fortcherdi festum alterum in Menologiis Hibernicis hodie annotari, Colganus in Actis Sanctorum Hibernia affirmit. Nos de duobus Sanctis illis Athymensis in Hibernia episcopis, quorum posteriorem hodie in Martyrologium suum universale etiam intulit Castellanus, cum Colgano jam egimus ad diem, que pariter, teste eodem Colgano, ab Hibernis coluntur, XVII Februarii.
- B S. Ramyri Legione in Hispania martyris hodie in generali suo Sanctorum, qui in Martyrologio Romano non sunt, catalogo meminunt Ferrarius; verum de Sancto isto, qui cum Legione in Asturibus monasterii S. Claudii esset Prior, una cum Vincentio abate suo ac duodecim monachis pro fide orthodoxa arianis circa annum 555 fuit occisus, actum apud nos jam est ad diem, quo in aliquot Fastis sacris memoratur, XI Martii.
- Mylis plurimorum SS. Martyrum, in persecuzione Decii, sub Tertullo preside. Talis est annuntiatio, quam hodie in Martyrologio suo Siculo suppeditat Cajetanus, SS. Alphii, Philadelphi et Cyri MM. Acta citans in margine. Verum etsi in hisce, que Ferrarius, Cajetanum hic secutus, in generali Sanctorum, Martyrologio Romano non inscriptorum, Catalogo pariter citat, Mylensem illorum in Sicilia Martyrum dies natalis, ut comperto, nusquam exprimatur, hicque aliunde etiam notus haud sit, illos nihilominus hodie Cajetanus verosimilime signari, quod ab Anastasio seu Athanasio, hujusque in Martyrio sociis, qui in nonnullis Hieronymianis apographis Sicilie hodie attribuuntur, putarit haud diversos; qua in re suam illum refellisse opinionem, suadent, que hodie in iisdem Anastasio sociisque martyribus sumus dicturi. Porro, cum laudato SS. Alphii, Philadelphi et Cyri Acta fidem integrum, uti exstans apud nos Paprobrochii in hec prefatio suadet, minime mereantur, ac Mylenses Martyres, non ea antiquis probata nota documentis, sed e solis Actis illis innotescant, hic illos, qui, quamvis etiam a Cajetano et post hunc a Ferrario hodie, ut jam monui, celebrantur, a nullis tamen alius hagiologis memorantur, Operi nostro inter Sanctos inserere non audemus, lectoremque, qui nihilominus vel qualemcunque eorumdem notitiam expetet, remittimus ad ea, quæ num. 18 traduntur in iisdem exiguoi admodum pretiis Actis, Operi nostro insertis ad diem, quo SS. Alphius, Philadelphus et Cyrius in Martyrologio Romano hodierno signantur, X Maii.
- C Octobris Tomus V.
- S. Philippus, unus ex septem primis diaconis, D hodie a Græcis in Typico S. Sabæ, in Menologiis Sirletiano et Basiliano, in Menæis excusis Synaxariisque MSS., penes nos existibus, memoratur, idemque etiam a Moysi seu Ruthenis tum in Synaxariis, tum in Ephemeride Figurata, Operis nostri tom. I. Maii prefixa, fit; ast nos de sancto illo diacono ac dein Trallenium in Asia episcopo, de quo in Actis Apostolorum Lucas, in Opero nostro jam egimus ad diem, quo in omnibus antiquissimis Latinorum Martyrologiis hodiernoque Romano signatur, VI Junii.
- S. Berte piissimæ abbatissæ Blangiacensis translatio hodie in Ms., quod penes nos exstat, quodque vulgo Grollus dicitur, Menologio Benedictino notatur, adjectaque in margine et in Annotatis, festivitatem illam ritu duplice et cum Octava Blangiacioli, declarant. Nos de sancta illa vidua, sanctimoniali, monasteriique Blangiacensis fundatrice et abbatissa jam egimus ad diem, quo in aliquot Martyrologiis celebratur, IV Julii.
- S. Augustini translatio vel prior ex Africa in Sardiniam, vel posterior ex hac insula Ticinum, in variis Usuardinis apud Sollerium Auctariis aliisque fastis sacris hodie recolitur. Tam de una quam de altera jam egimus ad diem, sancti illius et eximii Ecclesie doctoris natalem, XXVIII Augusti.
- SS. Leodegarius et Gerinus fratres MM. hodie memorantur in sacri Prædicatorum Ordinis Martyrologio, quod Rome anno 1616 notatur excusum. Nos de iis jam egimus ad diem, quo Martyrologio Romano hodierno exstant inscripti, 2 Octobris.
- Querelinum anachoretam, quem alii Quirinum seu Everelinum aut etiam Everelnum appellant, Castellanus, solo ei tributo Venerabilis titulo, in Martyrologio suo universalis hodie annuntiat; verosimilime autem id ad secundam Octobris diem non fecit, quod notam numeralem Latinam II, qua emortualem anachoretæ illius mensem, Octobrem nempe, in sepulcrali, prout hæc apud Gazetum in Ecclesiastica Belgii Historia pag. 398 exstat, inscriptione affectum invenit, pro Zysra Arabica accepit; verum ita indubie, ut quisque vel ex inscriptione illa inspecta facile deprehendet, a veritate aberravit. Certo enim Querelinus (quem etiam in Ostrelo prope Brugas Martyrologus laudatus locat, et quem tamen in Eekhout seu Quercetano caenobio melius alii, nisi forsan hic locus, modo intra et olim extra Brugas situs, aliquando etiam Ostrelo seu, ut Gazetus loca jam nunc cit. scribit, Ostrelo fuerit vocatus, consonant) vitam hanc mortalem cum immortali commutavit die, quo jam apud nos inter Prætermisso, quod cultu ecclesiastico caret, sicut relatus, 2 Octobris.
- S. Francisci Octava hodie memoratur a Belino. De Sancto illo jam egimus ad diem, quo exstat Martyrologio Romano hodierno inscriptus, IV Octobris.
- S. Reparatore Virginis martyris et S. Amoris conf. depositio hodie signatur in Hagenoyensi Usuardi apud Sollerium Auctario. Nos Sanctorum horum Acta jam dedimus ad manu hodierno signantur, 64 diem,

- A diem, quo ambo pluribus aliis *Fastis sacrī inscribuntur*, viii Octobris.
- Agilberti, Parisiensis episcopi, depositionem *Saussay in Martyrologio suo Gallicano, addito prolixo, quo illum ornat, elogio, hodie commemorat*. Verum ab iis, qui, quod anno 1727 Parisiis prodūit, *Martyrologium Parisiense contexuere*, Agilbertus in hoc nusquam recensetur; et si autem non tantum a Saussayo, verum etiam a pluribus aliis ac nominatis a Mabillonio Sæc. 2 *Benedictinopag. 487 et Galliae Christianæ auctæ Scriptoribus tom. 7, col. 26* Sancti titulo etiam afficiatur, nec ullo modo, quin *Sanctitate vere exstiterit illustris, dubitandum arbitremur, ei tamen in Opere nostro locum inter Santos dare non possumus, quod ecclesiastico, qui ad id requiritur, cultu careat, uti ex iis quez Balleetus tom. 3 Vitarum col. 181 et Castellanus in Martyrologio suo universali pag. 747 et seq. scribunt, manifestum evadit*. Quod si interim quis, quez ad Agilbertum potissimum spectant, scire aget, adeat scriptores jam laudatos et *Hist. Ecclesie Parisiensis tom. I, pag. 204 et duabus seqq. Gerardum Duboys*. Burchardi episcopi in generali suo Sanctorum, qui in *Martyrologio Romano non sunt, Catalogo hodie et Romano Genebrardi Kalendarii meminiti Ferrarius*; cum autem eum et *Wormatiæ collocet, et anno 1025 die xx Augusti vivis excessisse, in Annotatis adjungat, haud dubio loquitur de Burchardo, Wormatiensi episcopo, quem, quod cultu legitimo caret, ad dictam Augusti diem inter Prætermisso jam retulimus*.
- Cautinum episcopum Castellanus in *Martyrologio suo universali hodie proponit, eumque Veneti, Gallice a Vennes, coli affirmat; verum Proprii Sanctorum, qui seu Veneti seu in diocesi Venetensi coluntur, exemplaria tria, anno 1630, 1652 et 1660, excusa, penes nos extant, nec in ullo ex his Cautini episcopi vel memoria, vel etiam tantummodo nomen invenitur; cum autem Cautinus ceteris a me visis Martyrologiis æque, quam Morlæo et Lobinæo in Britannia Minoris, in qua diocesis Venetensis est sita, Sanctorum Vitis ignotus præterea sit, plus lucis et auctoritatis requirimus, priusquam ei locum inter Santos in Opere nostro dare audeamus*.
- Gaudentium, uterum S. Adalberti Pragensis episcopi et martyris fratrem, Joannes Ludovicus Schöleben, Sancti et episcopi Gnesnensis titulus ei adscriptus, in *Anno Sancto Habsburgio-Austriaco hodie commemorat, virumque, sane venerabilem, die xi Octobris in ecclesia Pragensi celebrari, in Actorum Synopticorum, quez suppeditat, fine affirmat*. Verum an recte? Eo indubie fuerit impulsus a Balbino: rerum enim Bohemicarum, quam hic contexuit, Epitomes lib. 3, cap. 4 citat in margine, nec alibi quidquam, e que Gaudentium die xi Octobris in ecclesia Pragensi coli, didicisse queat, litteris mandatum invenio. Ast, etiamsi Balbinus loco citulcentissime certe Gaudentii, qui, ut ibidem ait, in Pragensi S. Viti ecclesia ad SS. Cosmæ et Damiani altare quiescit, anniversarium in altari isthoc diem celebrari xi Octobris, asseveret,
- anne tamen ibidem tunc vere cultus ecclesiasticus Gaudentio deferatur, dubitari adhuc potest. Anniversarii enim defunctorum dies vel ut hi viventium orationibus juventur, vel ut cœlitum honoribus officiantur, celebrari potest; Cosmas autem ecclesiae Pragensis decanus, qui, quam concinnavit, Boëmorum Chronicam ad annum usque 1125 perduxit, in hac ad annum XLXXIV scribit, sese, cum adhuc juvenis in scholis versaretur, Polone cuidam peregrino, Cracovia Pragam anno illo apulso, ac, ubi sanctus Gaudentius jaceret, sciscitanti, respondisse: Quem tu dieis Sanctum, adhuc non est per Apostolicam incanonizatus; Missam ejus ut pro defunctis celebramus. Quid si ergo numquam alio quam quo hic indicatur modo anniversarii Gaudentii dies in Pragensi S. Viti ecclesia fuerit celebratus? Inde enimvero eum cultu ecclesiastico aliquando fuisse gavisum, concludi haud poterit. Gaudentii quidem, annis aliquot post annum 1040, quo Gnesna Pragam ad S. Viti ecclesiam translatus, in SS. Cosmæ et Damiani Crypta fuit compositus, elapsis, Sancti titulo ab frequentia, quibus inclaruerit, miracula ab omni retro antiquitate fuisse donatum, ibidemque ad sancti Viri tumulum lampadem antiquitatem soluisse accendi, a Cosma decano in Chronica supra dicta tradi, Balbinus mox laudatus in Bohemia sancta, Historicis, quez adornavit, regni ejusdem Miscellaneis intexta, § xviii etiam affirmat, verum Cosmas hæc dumtaxat, que huc spectent, loco supra cit. scribit: Sæpe in eadem Crypta (Cosmæ et Damiani scilicet) vident visiones custodes ecclesie, dum visitant candelam, que ibi accendit nocte; inde autem lampadem seu potius candelam, de qua hic sermo fit, in Gaudentii, non autem in sanctorum dunctaxat Cosmæ et Damiani honorem soluisse olim accendi, quis concludat? Quod modo ad Sancti titulum, qui Gaudentio post annum 1040 ab omni retro antiquitate fuerit tributus, spectat, abs illo Stephanus Damalevicius Varta in Gnesnensium, quam anno 1644 vulgavit, Archiepiscoporum serie studiose ubique abstinet, idemque sibi faciendum, Henschenius noster, ad xxvii Aprilis diem de S. Adelberto, Gaudentii fratre, tractans, existimat; neque vero immerito; Pessina enim, qui Santos omnes, in Pragensi S. Viti ecclesia ob reliquias suas ibidem servatas cultu ecclesiastico affici quotannis solitos, accuratissime in ecclesiæ Pragensis Phosphoro recenset, hisce ibidem Gaudentium nusquam annulerat. Adhæc in ecclesiæ Pragensis officiis propriis Kalendariisque, penes nos extantibus ac Santos, qui in Pragensi ecclesia coluntur, completentibus, Gaudentii, veluti cultu ecclesiastico afficiendi, nomen nusquam occurrit; quez cum sic habeant, enimvero haudquaquam, qui a Sancti titulo Gaudentio attribuendo abstinent, videntur carpendi, nosque certe de illo, veluti de Sancto, in Opere nostro agere non possumus, nisi primum melius de ecclesiastico, quo seu Pragæ seu alibi gaudeat, cultu constiterit. Genesium SS. Anastasio ejusque Sociis MM., qui in pluribus Hieronymianis Codicibus hodie memorantur, alii aliquot Fasti sacri, post

- A post annum 1489 vulgati, adjungunt, idque ipsum etiam facit Martyrologium Romanum hodiernum; verum vide, que in Anastasio seu Athanasio ejusque Sociis infra sumus dicturi.
- S. Gradulphum confessorem *Saussayi* in Mrl. sui *Gallicani Supplemento Engolismæ* hodie signat, idemque etiam in *Martyrologio suo Universali* facit, qui eum modico unius literulae discrimine *Gratulphum* vocat, *Castellanus*. Verum quis *Gratulphus* hic seu *Gradulphus*? Apud nos ad xxii Maii diem in veteri S. Aoustoni *Engolismensis* episcopi Legenda apocrypha num. 10 varii, quos hic ordinariit, recensentur presbyteri, hosque inter primo loco *Gratulphus* quispiam comparet; hinc autem erit forsitan, qui *Gratulphum* hunc esse putet eundem cum *Gratulpho* seu *Gradulpho*, quem duo, ut dictum, laudati martyrologi hodie commemorant. Ast, cum Aoustonius seculo tertio, ut apud nos videre loco citato licet, floruisse communiter creditur, quis, queso, si *Castellano*, qui seculo octavo, apposita in margine nota numerica, *Gratulphum* suum innectit, sit standum, hunc cum *Gratulpho*, per Aoustonium, uti in hujus Legenda mox memorata traditur, ordinato, putet eundem? Nemo sane, ut mihi equidem appareat, nisi forsitan vel serius floruisse, vel *Gratulphum* re ipsa non ordinasse Aoustonius sit dicendus. Ac merito quidem an *Gratulphum* ullum re ipsa ordinari Aoustonius, dubitari vel idcirco potest, quod praefata hujus Legenda, in qua res asseritur, sit hujusmodi, ut, quemadmodum *Papebrochius* in sua ad illam Annotatione prævia observat, nulla omnino in re tuto ei credi queat. Hinc porro etiam fit, ut, quamvis etiam *Saussayi* et *Castellani* *Gratulphus* unus idemque cum *Gratulpho*, in Legenda illa memorato, absque omni dubio foret, hæctamen, quæ præterea nec Beati, nec Sancti titulum *Gratulpho* suo attribuit, conducere haud posset, ut *Gratulphum* seu *Gradulphum* in *Opere nostro Sanctis accenseremus*; cum autem sola etiam, ut id faciamus, *Saussayi* et *Castellani* auctoritas haud sufficiat, nos eum, qui quis fuerit, et an cultu ecclesiastico gaudeat, haud satis explorandum habemus, hic tantummodo duixinus referendum, securus tamen postea loco opportuno facturi, si alicunde forsitan plus lucis aliquando affulserit.
- Gumarus et Sardinie rege seu principe Cisterciensis monachus, qui a *Saussayo* et *Henriquezio* xix et a *Bucelino* xx *Julii* recolitur, hac die, qua una cum celeberrimo apud Belgas *Sancto homonymo* a Molano prius in *Natalibus Sanctorum* Belgii fuerat relatus, in *Cisterciensis Ordinis Kalendario*, Divione anno 1617 excuso, et a Chalemoto in *Sanctorum Ordinis Cisterciensi Serie* signatur. Is, ni fallor, alius non est, quam qui die 1 Junii a *Ferrario* in *Generali Sanctorum*, qui in *Martyrologio Romano* non sunt, *Catalogo* celebratur, perperamque, ut appareat, vocatur Germanus: verum vide, quæ ad hoc vocabulum apud nos de Gumaro, seu Gumero, *Sardinie* rege seu potius judice, de quo ad annum 1153 et seq. in *Annaliibus Cisterciensibus Manrique* et in *Sancto-*
- rum *Sardiniae Trimpho lib. 13, cap. 40* D *Dionysius Bonfani, præfata 1 Junii die in Prætermissis sunt dicta.*
- Henricus, Wintoniensis in Anglia episcopus, qui ix Januarii, iterumque iv et vi Augusti a *Ferrario* signatur, hac die ab Henriquezio et post hunc a *Bucelino* celebratur; verum vide, quæ de eo ad præfata vi Augusti diem in *Prætermissis* jam diximus.
- Hiddam viduam, S. Brunonis Colonensis archiepiscopim patrem, hodie in *Gymæco Sacro* recenset Arturus; verum, et si eam etiam Beate titulo condecorat, de publico tamen, quo gaudeat, cultu silet, neq; quidquam aliter, quod hunc probet, occurrit.
- S. Julianam virginem, quæ sub S. Austreberta in *Pauliacensi* cœnobio sanctimoniale megerit, hac die in *Martyrologio Benedictino* *Mennardus* et post hunc in *Menologio Benedictino* *Bucelinus* annuntiant, ast vide, que infra inter *Sanctos de Julianæ*, cœnobii ejusdem abbatissa, quam hodie pariter, solo ei tributo Venerabilis titulo, *Bucelinus* annuntiat, E sumus dicturi.
- S. Justi, Arthemii et Honestæ V martyrum memoria hodie occurrit in duabus *Usuardinis* apud *Sollerium Auctariis*. In *Florario nostro Ms. et Rasveyiano* apud eundem *Sollerium* *Usuardi Auctarii* sola memoratur *Honesta* seu *Onesta*, et tum hec, quæm Jutus et Arthemius, à Molano omittitur; cum autem præterea tres illi *Martyres*, quorum ne palæstram quidem usquam notatam invenio, in nullis prorsus Hieronymianis codicibus locum obtineant, nec aliunde vel utcumque innoscant, eos dumtaxat hic in *Prætermissis* recensere est visum, etsi interim *Justus* et *Arthemius* etiam reperiuntur in *Kalendario*, quod e *Ms. Lyrensi*, ante annos amplius 600 exarato, eratum, Marteneus tom. 3 *Thesauri Anecdotorum* a col. 1605 exhibet.
- Lucardi episcopi et confessoris mentio hodie habetur in *Florario nostro Ms.*; verum is, nisi forsitan perperam ita vocetur ac cum *Burchardo*, *Wormatiensi* episcopo, de quo mox F ac tum, unus idemque sit, omnino nobis est ignotus.
- Marianum monachum et confessorem in territorio Lemovicensi hodie signat in *Generali suo Sanctorum*, qui in *Martyrologio Romano* non sunt, *Catalogo Ferrarius*; verum quis Marianus ille? Eodem sec. v *Bituricensis* in *Gallias* provincia *Sanctos* duos, eodem Mariani nomine vocatos, quorum alter eremiticam in illa vitam auxit, alter, inde Autissiodorum prefectus, monachum ibidem in S. Germani monasterio induit; felici sorte produxit. Posterior, qui, nomine variè contorto ac deformato, *Marcianus* etiam, *Merianus*, *Marinus* aut paulo adhuc aliter in *Hieronymianis* et *Usuardinis* codicibus (*Sollerium* in hosce ad xx Aprilis diem in *Usuardo Illustrato* videsis) nuncupatur, ac e *Fontanetensi* diœcesis *Augustodunensis* cœnobio, in quo obierat, Autissiodorum, ubi, ut dictum, monachum induerat, translatus, prope civitatem illam hodieque in nominis sui monasterio servatur, *Martyrologio Romano* hodierno ad dictam xx Aprilis diem, *Marciani* appellatione ei tributa, exstat insertus, nec tamen, uti ibidem videre

- A dere apud nos licet, a Mariano, variis aliis Fastis sacris ad xxix ejusdem Aprilis diem inscripto, est diversus; quod autem ad priorem seu Marianum eremitam, qui, quemadmodum apud nos ad xix Septembris diem in Prætermissis invenies, e loco suo natali seu territorio Bituricensi, in quo non tantum, ut dictum, vixerat, sed et obierat, ad diaecesim Lemovicensem translatus, Eavonii ibidem, qui vicus est in trium provinciarum, Bituricensis nimirum, Lemovicensis et Arvernicae, confinibus, Eavonum aut Eavonum in convallibus, vulgo Eavaux en Combraille, nuncupatus, sepulturam est nactus, jam spectat, is xix, quo in Martyrologio Romano hodierno signatur, Augusti die in diaecesi Lemovicensi et xix Septembris die in diaecesi Bituricensi colitur; licet autem haec dierum, quibus id in duabus illis diaecesis sit, diversitas Sollerium, dum de illo in Opere nostro ad dictam xix Augusti diem ageret, dubitare fecerit, an non essent Sancti duo, invicem distincti, Marianus tamen, qui in diaecesi Bituricensi colitur, a Mariano Lemovicensi, uti quæ post de re illa in Opere nostro ad xix Septembris diem in Prætermissis fuere adducta, suadent, minime est diversus. At vero, an cum postrema isthoc et duobus jam memoratis Marianis unus idemque est Marianus, quem Ferrarius hodie celebrat? Marianus isthic in Kalendario Lemovicensi, e quo eum hagiologus iste, uti ipsem in Notis docet, accepit, hodie seu xi Octobris die erat signatus; cum hinc autem fuisse aliquando die isthoc in diaecesi Lemovicensi cultus videatur postremusque et duabus jam supra memoratis Marianis non xi Octobris, sed xix Augusti die, ut supra docui, ibidem colatur, erit fortassis nonnemo, qui vel idcirco alterum ab altero putet distinctum. Verum quid ni factum esse queat, ut unus idemque Marianus, qui xix Augusti die in diaecesi Lemovicensi modo colitur, ibidem tamen aliquando cultu, mutatione in hujus tempus, ut nonnumquam fieri in Sanctis colendis solet, inducta, xi Octobris die fuerit gavisus? Utul sit, Ferrarius eidem Marianus, a Mariano, qui xix Augusti die in diaecesi Lemovicensi modo colitur, distinctum celebrare intendit; Marianum enim, a se memoratum, Autissiodori in S. Germani monasterio monachum sub S. Mamertino seu Mamertio abbate existisse diemque extreum in Fontanetensi cœnobio clausisse, in Notis affirmat; haec autem nec ipse, nec ullus scriptor alias de Mariano, in diaecesi Lemovicensi ad xix Augusti diem culto, umquam asservit. At vero (sciscitabere forsitan) quis ergo Marianus, quem hodie Ferrarius in territorio Lemovicensi annuntiat? Saussayus quoque hodie ibidem Marianum in Martyrologii sui Gallicani Supplemento signat, eumque, quem Maurinum appellat, sequenti afficit elogio: In agro Lemovicensi monasterio Fontaneti obdormitio sancti Maurini monachi et confessoris. Hic ortu Biturix caelitis patriæ amore monasterium tum per celebre sancti Germani Autissiodorensis petiit, ubi ab Mamertio abbatte sanctissimo paterne susceptus humilitatis et paupertatis colendæ affectu,
- B fecerit, an non essent Sancti duo, invicem distincti, Marianus tamen, qui in diaecesi Bituricensi colitur, a Mariano Lemovicensi, uti quæ post de re illa in Opere nostro ad xix Septembris diem in Prætermissis fuere adducta, suadent, minime est diversus. At vero, an cum postrema isthoc et duobus jam memoratis Marianis unus idemque est Marianus, quem Ferrarius hodie celebrat? Marianus isthic in Kalendario Lemovicensi, e quo eum hagiologus iste, uti ipsem in Notis docet, accepit, hodie seu xi Octobris die erat signatus; cum hinc autem fuisse aliquando die isthoc in diaecesi Lemovicensi cultus videatur postremusque et duabus jam supra memoratis Marianis non xi Octobris, sed xix Augusti die, ut supra docui, ibidem colatur, erit fortassis nonnemo, qui vel idcirco alterum ab altero putet distinctum. Verum quid ni factum esse queat, ut unus idemque Marianus, qui xix Augusti die in diaecesi Lemovicensi modo colitur, ibidem tamen aliquando cultu, mutatione in hujus tempus, ut nonnumquam fieri in Sanctis colendis solet, inducta, xi Octobris die fuerit gavisus? Utul sit, Ferrarius eidem Marianus, a Mariano, qui xix Augusti die in diaecesi Lemovicensi modo colitur, distinctum celebrare intendit; Marianum enim, a se memoratum, Autissiodori in S. Germani monasterio monachum sub S. Mamertino seu Mamertio abbate existisse diemque extreum in Fontanetensi cœnobio clausisse, in Notis affirmat; haec autem nec ipse, nec ullus scriptor alias de Mariano, in diaecesi Lemovicensi ad xix Augusti diem culto, umquam asservit. At vero (sciscitabere forsitan) quis ergo Marianus, quem hodie Ferrarius in territorio Lemovicensi annuntiat? Saussayus quoque hodie ibidem Marianum in Martyrologii sui Gallicani Supplemento signat, eumque, quem Maurinum appellat, sequenti afficit elogio: In agro Lemovicensi monasterio Fontaneti obdormitio sancti Maurini monachi et confessoris. Hic ortu Biturix caelitis patriæ amore monasterium tum per celebre sancti Germani Autissiodorensis petiit, ubi ab Mamertio abbatte sanctissimo paterne susceptus humilitatis et paupertatis colendæ affectu,
- C Octobris die erat signatus; cum hinc autem fuisse aliquando die isthoc in diaecesi Lemovicensi cultus videatur postremusque et duabus jam supra memoratis Marianis non xi Octobris, sed xix Augusti die, ut supra docui, ibidem colatur, erit fortassis nonnemo, qui vel idcirco alterum ab altero putet distinctum. Verum quid ni factum esse queat, ut unus idemque Marianus, qui xix Augusti die in diaecesi Lemovicensi modo colitur, ibidem tamen aliquando cultu, mutatione in hujus tempus, ut nonnumquam fieri in Sanctis colendis solet, inducta, xi Octobris die fuerit gavisus? Utul sit, Ferrarius eidem Marianus, a Mariano, qui xix Augusti die in diaecesi Lemovicensi modo colitur, distinctum celebrare intendit; Marianum enim, a se memoratum, Autissiodori in S. Germani monasterio monachum sub S. Mamertino seu Mamertio abbate existisse diemque extreum in Fontanetensi cœnobio clausisse, in Notis affirmat; haec autem nec ipse, nec ullus scriptor alias de Mariano, in diaecesi Lemovicensi ad xix Augusti diem culto, umquam asservit. At vero (sciscitabere forsitan) quis ergo Marianus, quem hodie Ferrarius in territorio Lemovicensi annuntiat? Saussayus quoque hodie ibidem Marianum in Martyrologii sui Gallicani Supplemento signat, eumque, quem Maurinum appellat, sequenti afficit elogio: In agro Lemovicensi monasterio Fontaneti obdormitio sancti Maurini monachi et confessoris. Hic ortu Biturix caelitis patriæ amore monasterium tum per celebre sancti Germani Autissiodorensis petiit, ubi ab Mamertio abbatte sanctissimo paterne susceptus humilitatis et paupertatis colendæ affectu,

D boves ut paseret, impetravit, animæ interim observator intensissimus. Cum autem divine gratiae, cuius affuebat donis, etiam invitatus et latere cupiens, radiis coruscaret, ad tractum Lemovicensem directus est, ut Fontaneti coalescens cœnobium suis charismatis locupletaret; ubi dum opera lucis exequitur, beato fine consummatus, Christo vocante supernam migravit ad gloriam, Ita ille, Ferrarius scilicet, nec incepit, ut mihi equidem appareret, interpretans; cum hic autem xxix Aprilis die, quo in dicto suo Generali Catalogo S. Marianum confessorem etiam celebrat, Biturigensem hunc easstitisse, monachum sub Mamertino seu Mamertio abbatem in S. Germani monasterio Autissiodori egisse ac in Fontanetensi urbi huic vicino pago obiisse, in Annalatis prodat, consecrarium fit, ut duos sibi finxerit sanctos Autissiodorenses S. Germani monachos, nomine Marianos, quorum alter, e Bituricensi, in quo natu erat, territorio Autissiodorum profectus, monachum ibidem in S. Germani E monasterio induerit ac haud procul ab urbe illa diem extremum clauerit; alter vero, quem hodie memorat, e Bituricensi, in quo pariter nactus fuerit natales, territorio Autissiodorum veniens, inde post e S. Germani cœnobio, cum monachum in hoc aliquandiu egisset, ad tractum Lemovicensem sese contulerit ibidemque in Fontanetensi monasterio ritam cum morte commutarit. Nec a Ferrario hic abludere videtur Castellanus. Dum enim Marianos duos, quorum alterum die xx Aprilis Autissiodori, alterum, Eavonii in Convallibus, ut supra dixi, sepultum, die xix Augusti in territorio Bituricensi Martyrologium Romanum hodiernum signat, in Martyrologium suum Universale ex hoc transfert, priorem ex his Fontanetii in territorio Autissiodorensi mortuum, apposita ad marginem Notula, affirmat; postquam autem id fecit, S. Maurinum, quem in dicto suo Martyrologio, attributa illi in subjecto huic Sanctorum Indice Mariani appellatione, hodie celebrat, Fontanetii in territorio Lemovicensi consignat. Verum, ut SS. Marianii Biturigenses F duo, quorum alter Autissiodori in S. Germani monasterio monachum induit, ac haud procul ab urbe illa in Fontanetensi monasterio diem extremum clausit, alter e territorio Bituricensi, in quo et vixerat et obierat, ad diaecesim Lemovicensem translatus, Eavonii ibidem jacet sepultus, sunt notissimi, ita Marianus tertius Biturix, seu, ut a Castellano et Saussayo etiam vocatur, Maurinus, qui Autissiodori in S. Germani monasterio monachum eggerit, indeque ad tractum Lemovicensem profectus, diem extreum ibidem Fontanetii seu in Fontanetensi cœnobio clauerit, plane est ignotus: Ne notior evadit vel e mox dicto, in quo obierit, cœnobio, nec ex abbatiali ecclesia, nomini ejus in territorio Aginnensi, ut Castellanus ait, inscripta. Cœnobium enim, Fontanetii nomine distinctum, quod in tractu Lemovicensi vel existat vel unquam existierit, nusquam memorari inventio; quod autem ad abbatiæ, quæ a Sancto seu Maurino seu Mariano vocetur, territorii Aginnensis ecclesiam spectat, abbatiam quidem

- A dem, S. Maurini nomine insignitam, in diec-
esi Aginnensi Gallia Christiana Aucta-
tom. 2, col. 944 assignat; verum simul mar-
tyrem, nomine Maurinum, qui Agenni vii
Kal. Decembris martyrum complevit, col.
898 commemorat; cum autem sic habeat,
reque etiam ipsa Martyr, nomine Mauri-
nus, diaecesim Aginnensem, uti aliunde
constat, fuso pro fide sanguine illustra-
rit, praefatam abbatiam seu abbatialia
ecclesiam a sancto isthoc Martyre potius,
quam ab alio quocumque Sancto homony-
mo, appellari, quisque, ni fallor, nisi con-
trarium viderit solide probatum, inducit
in animum.
- Michael Aquensis, Aquis in
provincia Januensi,
Petrus Tudertinus, Fulginii, | cum Beati titu-
llo referuntur
Simon a Cataraxibetta, Julia-
nae in Sicilia,
Bernardinus Marmoreus, apud Mrl. Francis-
caet, et ultima
Aguacallanum in India Oc-
cidentali, etiam in Gy-
neco.
- B Andreas de Logoya, Guadalsa-
giarie in Castella,
Mansueta virgo, Laudæ
Horum porro fere omnium annuntiations,
sed absque Beati titulo, pariter haben-
tur in trium Ordinum S. Francisci Menolo-
gio apud Hueberum, a quo etiam adduntur
Petrus Salutri, apud Superiores salinas Bos-
nae Argentinæ,
Philippus Schrettelius, Bambergæ in Fran-
co-nia,
Remigius de Hevele, Hulstii in Flandria,
Veronica Sommarina,
Constantia de Ricardis, | Laudæ in Insubria, etc
Barbara Laudensis,
Adelheidis Schrickin, Treviris ad Mosellam.
Nectarius, Arsacius et Sisinnius patriarchæ
Constantinopolitanæ in Magnis Græcorum
Menæis excusis hodie memorantur; præter
hosce autem et S. Atticum, Constantinopolitanum itidem patriarcham, de quo hic jam
supro, in Ms. Sirmondi Synaxario signatur,
etiam qui et ipse patriarcha Constantiopolitanus fuit, Acacius; verum et hic
et Arsacius e Sanctorum albo, uti quæ apud
nos ante tom. i Augusti in Patriarchis Con-
stantinopolitanis adducuntur, evidenter
probant, eradendi certo sunt; quod autem
ad Nectarium et Sisinnium spectat, de am-
bus veluti de Sanctis hic infra sumus
acturi.
- SS. Patrum, qui synodo ecumenicæ septime,
Nicæ anno 781 adversus Iconomachos cele-
bratæ, interfuerunt, commemoratio, quam
Dominica postxi Octobris (nisi scilicet etiam
hæc Dominica forsitan sit) proxime sequente
agendam, Typicum S. Sabæ et Menæa Græ-
corum excusa notant, hac ipsa xi Octobris
die in Menologio Sirletiano aliquis aliquot
Fastis sacræ proponitur; verum de singu-
lis synodi illius Partibus, qui locum sibi in
Opere nostro vindicant, loco congruo in hoc
vel actum jam est vel agetur.
- Rodericum Ordinis Cisterciensis novitium, Mor-
erole in Hispania, probacionis anno non-
dum expleto, vita functum, Henriquezius,
Bucelinus et Chalemotus hodie commemo-
rant, simulque etiam Beati titulo, quod et
Sigismundus Alberti in expanso Sanctorum
- Ordinis Cist. Catalogo facit, insigniunt; D
verum de publico quo gaudeat, cultu silent,
nihilque alibi, quo hunc probare vel utcum-
que sit natum, inventire quivi.
- Roricum seu Roricum, Uzelicensem in Gallia
Narbonensis episcopum, Saussayus in alpha-
betico, quem Martyrologio suo Gallicano a pag. 1233 subnectit, Sanctorum Beato-
rum ac Piorum, historiis ac natalibus pro-
prios parentium, Catalogo cum Beati titulo
recenset, eique xi Octobris diem, S. Firmi-
ni, quem is in sedem Uzelicensem successo-
rem nactus est, natalem adscribit; verum
etsi quidem de Rorico seu Roricio; cuius
dies natalis prorsus ignoratur, hac ipsa,
qua de S. Firmino agimus, hodierna die
tractari opportunissime posse videatur, id
tamen quamvis etiam de Sanctitate ejus
haud dubitemus, faciendum haud duximus,
quod nec Roricum nominis sui in Fastis
antiquis seu classicis inscriptione, que pro
cultu ecclesiastico solet haberi, usquam
condecoratum, nec alia cultus hujusmodi,
quo vel modo gaudeat vel aliquando fuerit E
garvitus, argumenta inveniamus.
- S. Eustachium martyrem in Syria hoc die con-
signal Centulense apud Sollerium Usuardi
Auctarium. Is Sanctus cum S. Eustachio
seu Eustathio presbytero, qui ad xii Octo-
bris diem in Lusensi et Corbeiensi apud Flo-
rentinium Hieronymianis apographis
Egypto, in Epternaci vero apud eundem
Florentinum Hieronymiano apogra-
pho, plerisque Martyrologis alii ac inpri-
mis Usuardo consentientibus, Syriæ adscri-
bitur, unus idemque videtur; martyrne au-
tem, an confessor, uti ab aliis vocatur, ex-
stiterit, dispiciendum erit ad dictum, quo et
cum postremo isthoc titulo in Martyrologio
Romano hodierno memoratur, dum xii
Octobris.
- S. Venantii abbatis et conf. depositio a Rabano
et Nottero, translatio vero a Florarii no-
stri Ms. auctore Turonis hodie signatur.
Maurolycus ac nonnulla Hieronymiana
apographa nonnullaque item Usuardina
apud Sollerium Auctarium Venantii dumtaxat,
nulla omnino seu depositionis, pro qua diem
emortualem Castellanus ponit, seu transla- F
tionis mentione facta, meminere: anne au-
tem Florario nostro, an contra Rabano et
Nottero, quibus etiam apud Sollerium Cen-
tulense Usuardi itemque apud nos ante tom.
2 Mart. Flori ad Bedam Auctarium consentit,
standum hic sit, examinari poterit ad diem,
quo de Sancto illo abate cum Mrl. Romano
hodierno sunus acturi, xiii Octobris.
- S. Buchardus, Heribolensis episcopus, hodie
memoratur in Orationali Hieronymi de Villa
Vitis, quod panis quotidianus inscribitur. Nos
de Sancto illo cum Martyrologio Romano
hodierno sumus acturi ad diem xiv Octobris
Zutphanie, in regionis hujus urbe et provin-
cia, quiescebat olim ac festo celebatur cor-
pus S. Justi pueri, nati Autissiodori, sed
putatur id post periisse per Calvinistas,
capite ejus excepto, quod Antwerpia apud
urbis ejusdem sanctimoniales Annuntiatas
servatur. Ita hodie verbis Gallicis in Ha-
giologio Belgico Willotus, loquens, ni
fallor, de S. Justo pueru nocenni et mar-
tyre, qui Bellovaci (Opus nostrum ad i
Augusti

- A Augusti de S. Justino pueru martyre num. 14 et tribus seqq. vides) solemniter colitur atque hac ipsa die absque nomine et palæstra in Florario nostro Ms. signatur; cum autem sic habeat, anne quod verbis datis de S. Justi pueri, a sessi hic mémorati, reliquias Willotus affirmat, veritati consonet, examinari poterit ad diem, quo de S. Justo puer M., Bellovacu culto, cum Usuardo et Martyrologio Romano hodierno sumus acturi, xviii Octobris.
- Ipsa die passio sancti Eliphii Martyris, nec non fratri eius Eucharii episcopi, et sororum eorum Libaria et Susanna. Ita hodie in Martyrologio suo Gallicano Saussayus; verum, cum S. Eliphius, uti in hujus apud Suriū Historia traditur, decimo septimo Calendas Novembribus seu xvi Octobris die sit passus diesque, quibus, Eucharius, Libaria et Susanna (neque enim omnes tres uno eodemque die passos reor) subierint martyrium, e nullo prorsus probatae fidei documento innotescant, ut quid horum omnium et Eliphii passionem laudatus Martyrologus hodie consignat? Rationem eidem, ob quam id faciat, haud satis assequor; ast, qualiscumque hæc sit, nos de S. Libaria et Susanna (sed de posteriori isthac ob cultum incertum inter Prætermisso tantum) jam egimus ad diem, quo prior seu Libaria cultu ecclesiastico gaudet, viii Octob., quod au-
- tem ad SS. Eliphium et Eucharium spectat, D depriori e duobus hisce Sanctis sumus actuari ad diem, quo passus fertur ac colitur, xvi Octobris de posteriori vero seu S. Euchario ad diem, quo pariter colitur, xxvii Octobris. S. Judoei confessoris translatio signatur hodie in Florario nostro Ms. Agitur haud dubie de S. Judoco Pontivensi, qui Martyrologio Romano hodierno inscribitur ad diem, quo propterea de illo sumus acturi, xiii Dec.
- S. Theophanes conf., qui metropolita Nicamus, hymnographus et monachus fuit, hodie in variis Moscorum seu Ruthenorum Fastis sacris ac imprimis in Figurata eorum, quæ Operis nostri tom. i Maii præfigitur, Ephemeride signatur; et si autem hodie pariter in excusis Græcorum Menœtis, in Menologio Sirletiano, indeque acceptus in generali etiam Sanctorum, qui in Martyrologio Romano non sunt, Catalogo a Ferrario, et in Usuardo Molani, anno 1583 Antærripie vulgato, memoretur, nos tamen, ut Papebrochius hodie ad dictam Ephemeridem jam monuit, de Sancto illo ejusque fratre S. Theodoro Grapto, quorum Acta indistincta habentur, dumtaxat sumus acturi ad diem, quo ambo simul et commemorantur a Græcis et Martyrologio Romano hodierno existant inscripti, xxvii Decembris.

DE S. ERACLIO SEU HERACLIO M.

ANTIOCHIÆ

AUCTORE
C. B.

EX HIERONYMIANIS BEDÆQUE ET USUARDI AUCTARIIS

SEC. INCERTO
Heraclius in
omnibus fore
Fastis sacrif.
hic memoratis
Antiochiae si-
gnatur;ast in qua no-
minis huius
urbe et quan-
donam sit pas-
sus, est incer-
tum.

In omnibus prorsus apud Florentinum Hieronymianis apographis majoribus seu non contractis S. Eraclius seu Heraclius, aut, ut etiam scribitur, Eraclius Antiochiae hodie signatur, idemque in aliquot tam Bedæ apud nos ante tom. 2 Martii, quam Usuardi apud Sollerium Auctariis etiam sit. Hisce porro, quod ad Hieronymianorum classem accedit Spicilegioque a Dacherio insertum exstat, Martyrologium Gellonense binaque itidem apud Sollerium Hieronymiana breviora seu contracta, Labbeanum videlicet et Richenonense, jungenda etiam sunt; verum, etsi sic habeat, haud tamen ad annus et hoc et illud cum laudatis Hieronymianis majoribus Bedæque et Usuardi Auctariis consentiunt.

2 Quod enim e duobus jam dictis Hieronymianis contractis postremo nominatur loco, id Martyrem hic propositum mendose seu ex errore, verosimillime ea, quam ad diem præced. in SS. Eusebio, Eraclio horumque in martyrio Socii num. 2 exposui, ratione admisso, non Eraclii seu Heraclii, sed Eradi nomine distinguit; quod autem ad primum et duobus nominis Hieronymianis contractis spectat, id S. Heraclium seu Eraclium, non assignata, quam nactus fuerit, palæstra, annuntiat, idemque,

quod mox laudari, Gellonense Martyrologium etiam facit. Verum nec sic alterutrum, ut ne-
mo non fatebitur, in assignanda S. Heraclii palæstra cum laudatis Hieronymianis apo-
graphis Bedæque et Usuardi Auctariis pu-
gnat; cum autem res ita habeat, non est sane,
cur hisce, quæ, ut jam docui, S. Heraclium An-
tiochiae unanimi consensu signant, standum
hac in re haud sit. Ex eo interim, quod ne
minimam quidem Antiochiae, quam memo-
rant, notitiam adjungant, pluresque nominis
hujus urbes apud geographos scriptoresque
alios inventantur, manet adhuc, in quamam
ex hisce Sanctus pro fide occubuerit, incertum
ac dubium. Nec quidquam suppetit, unde res
certa reddatur; quemadmodum autem, uti
inde consequitur, haud sat prope et accurate
martyrii, ab Heraclio tolerati, palæstra, ita
nec illo prorsus modo seu seculum seu epocha,
quod universa, quæ de Sancto loquuntur, do-
cumenta nullam plane notam chronicam præ-
ferant, determinari potest, estque proinde, non
tantum quo anno, verum etiam quo seculo He-
raclius subierit martyrium, pariter incertum;
ut, cum nec alia, quæ ad Sanctum spectent;
alicunde innotescant, plura de eo hic dicenda
haud supersint.

DE